



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 22. Liberationis pacta cum Papa, & Principe Arausico inita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

cipue cum præsens bellum unice ad ve- Sæcul. XVI:
 xandum Papam fuisset suscep~~tum~~, cum A.C. 1527.
 tamen ille jam satis captivitate, quam
 hucusque sustinuit, castigatus videatur:
 verum Albæ Duci longe alia infedit opi-
 nio; hic enim palam ita pronuntiabat:
 „Pontifex, cum modo nostris in ma-
 „nibus sit, proprio suo damno sapere di-
 „scat, propterea ad acceptandas con-
 „ditiones, quæ eidem proponentur,
 „compellendus est, hocque pacto res
 „ita instruatur, ut inde universæ Eu-
 „ropæ pax constans æque ac solida red-
 „datur. „

§. XXII.

*Liberationis pacis cum Papa, &
Principe Arausico inita.*

Dum hæc in Hispania agitabantur,
 plurimis calamitatibus summus
 Pontifex in arce S. Angeli premebatur,
 eoquod non modo alimenta, bellique
 apparatus deficerent, sed etiam pestis,
 quæ jamjam urbem depopulata erat, ad
 ipsam quoque arcem penetraret. His
 malis oppressus Pontifex, Neapolis pro-
 regem adesse jussit, ut de sua libertate
 cum eo ageret; cum vero ceteri Belli-
 duces, qui Arausico Princiⁱ exercitus
 Imperium detulerant, parum fiduciæ
 in Prorege Neapolitano reponerent, nec
 ipse etiam Papa ejus consiliis aquiesce-

O 4 re

Sæcol. XVI. re voluit, unde mense Junio cum Prin-
 A. C. 1527 cipe Araufico, ac præcipuis Belliduci-
 bus deditio[n]is pacta firmare compelle-
 batur, quorum articuli erant sequentes:
 I. Papa Cæsareis quadringenta aureo-
 rum millia persolvet, & quidem nume-
 ratæ pecuniæ confestim centum, atque
 intra biduum quinquaginta millia, evo-
 luto autem bimestri ducenta quinqua-
 ginta millia pendet, necnon in securi-
 tatem debiti reditus totius ditionis Ec-
 clesiasticæ oppignorabit. II. Arcem S.
 Angeli, urbem veterem, Civitatem
 Castellanam, Parmam, Placentiam, &
 Mutinam Cæsar[is] potestati relinquet.
 III. Papa necnon tredecim illi Cardina-
 les, quos secum habet, capti in arce S.
 Angeli permanebunt, donec centum
 quinquaginta aureorum millia erunt so-
 luta; postea vero Neapolin aut Cajetam
 abducentur, quid de ipsis porro decretu-
 rus esset Cæsar, expectaturi. IV. Gre-
 gorius Eques de Casali, Rentius Ceres,
 ceterique omnes, qui ad arcem sese re-
 ceperunt, inde, quocunque libuerit,
 abeundi libertatem habebunt, excepto
 summo Pontifice, & tredecim ejus Car-
 dinalibus. V. Columnenses ab omni-
 bus censuris liberabuntur. VI. Papa,
 postquam Roma excesserit, ibidem suum
 Legatum, & Rotæ Curiam relinquet.

§. XXIII.